

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 107.

Cod. LI. n. 1.

107.

Cod. LI.

Rartac. Folminda. 14 et 15.

fac. pl. hanc

J.
24. 15.C. Plinii Sec.
Cundi Lib.
primus Histor.
Natur.

2a - 40b

C. Plinii Secundi Liber primus Historia naturalis.
 Procedit testimonium, quod exhibet de Plinio
 Suetonius Tranquillus, in libro de viris illustri-
 bus, quodre incipit: "Plinius secundus Norvomen-
 sis, equestribus militibus industrie functus." etc.
 Sed in MS. nostro mutilum est, defunt enim pri-
 ma verba. Plinius secundus, et Norvomen-
 sis loco legitur: Norem menses. Verum hanc vocem
 Norvomen-
 sis in veris Codicibus abesse, et ab-
 esse debere, affirmat Harduinus in editione Plini-
 ni, Paris. 1747. Fol. in Profat. ad Lectorem Tom.
 I. De Authentia hujus Testimonii vide C. Suet-
 onius Tranquillus, edit. cur. P. Burmanno, Amstel.
 1736. 4. Tomo 2. p. 409. in notis; maxime
 autem: paucis exceptis: consentaneum Codici
 nostro exhibetur in editione Plinii Hagenaeva,
 1518. Fol. p. III. Postea sequitur Prooemium,
 seu Plinii Epistola dedicatoria ad Vespasianum,
 cuius initium: "Libros naturalis historiae etc.
 Jam ipse operis Liber primus, qui continet Elen-
 chum variarum in reliquis numero triginta sex
 libris comprehensarum, nec non nomina auctorum,
 quorum haec historia testimonium nititur. Instituta
 Collatio me docuit, MS. nostrum a tribus supra
 memoratis editionibus multoties, maxime autem
 in Elencho libri XII. discrepare.
 De Plinio secundo, seniore vid. Fabric. Bibl.
 latin. T. I. lib. 2. c. 19. p. 477.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 108.

108.

Cod. II. n. 2.3.

M. S. Cicero
ronis Orationes
n. 4. in Catilina
linam.

41a-60a

2.

M. S. Cicero's Orationes quatuor in Catilinam, in quatuor Calce legitur: "Explicit liber quartus inveciviarum". - Quatuor a Cicero habita esse in J. Catilinam Orationes notum est; primam in Senatu; secundam ad Quirites; tertiam ad populum, seu iterum ad Quirites; et quartam denuo in Senatu. Inter ejus opera Cura Jof. Oliveti edita referuntur Tom. 5. p. 193 et seqq.

Platonis
Timaeus.

61a-84b

3.

Platonis Timaeus, seu liber de natura, a Chalcedio e graeco in latinum translatus, eruditique Commentario illustratus, ac Ofio seu Hofio Cordubensi Episcopo dedicatus. Aliena Manus in superiori margine sequentia adjecit: "Siquidem Ofius papa librum Platonis, qui in graeco dicitur, inspererat, in quo cum plura de divinis operibus subtiliter disputata videret, quae quidem consona fidei catholicae videbantur, rogavit Chalcedium archidiaconum, quem in utroque idiomate perfecte noverat instructum, quatenus opus hoc platonium de graeco in latinum traderet. Cujus petitioni morem gerens Chalcedius partem quam hodie habemus, transtulit, et etiam in eam commentum edidit. Scripsit hanc epistolam ad Ofium qua a se presumptionis rationem removere intendit. dicens propriam scientiam non sufficere

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 109.

Coel. LI. n. 8.

709.

"ad hujus operis translationem, nisi quod amicitia
 "Offi, cui de se in hac petitione fenebatur maxi.
 "me obedire, difficultatem laboris injuncti ad fa-
 "cilitatem redigeret. Quod autem amicitia diffi-
 "cilia ad facilitatem possit redigere, probat exem-
 "plo sumpto a virtute. quia virtus hoc potest, ergo et
 "amicitia. Sed quod virtus hoc possit auctoritate
 "isocratis philosophi probat. Et ab hoc incipit di-
 "censysacratef. Huc usque Anonymus. Sequitur
 "jam ipsa Calceidii ad Offium epistola hujus tenoris.
 "Offio suo Calceidius. Isocrates in exhortationibus
 "suis virtutem laudans. Cum omnium bonorum
 "totiusque prosperitatis consistere causam pene-
 "tam diceret. addidit solam eam esse. que res
 "impossibiles redigeret ad possibilem facilitatem.
 "preclare! Quid enim generosam magnanimitatem
 "vel aggredi pigeat. vel ceptum fatiget. ut tanquam
 "victa difficultatibus se temperet a labore?
 "Eadem enim opinor vis amicitie. parque impos-
 "sibilium pene rerum extricatio. Cum alter ex amicis
 "jubendi religione. alter parendi voto complaciti operis
 "amniculetur effectui. Condeperas animo florente om-
 "nibus studiis humanitatis excellentique ingenio suo
 "condignam spem perventuri operis intemptati ad hoc
 "tempus. ejusque usum a grecis laudis statueras muba-
 "andum. Et quamquam ipse hoc tuum facilius tum
 "domodius facere posses. credo propter admirabilem
 "verecundiam ei potius volueris injungere. quem
 "te esse alterum judicaris. posse me oro te. quamvis
 "res esset ardua. tanto honore habito de quo ita fense-
 "ras. injunctum excusare munus. Et qui nunquam
 "ne in solemnibus quidem et usitatis voluntatibus
 "ullum officium recusassem. huius tanto tamque
 "honesto desiderio contradicere? in quo declinatio spe-
 "ciosi muneris excusatione ignorantie callida esset
 "Sciencia futura dissimulatio. Itaque parui. cer-
 "tus non sine divino instinctu id mihi a te munus
 "injungi. proptereaque alacriore mente speque
 "confirmacione primas partes lynei platonis aggres-
 "sus. non solum transuli. sed etiam partis ejusdem

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 110.

110.

Cod. LI. n. 5.

"Comentarium feci. putans recondite rei simulacrum
 sine interpretationis explicacione aliquanto obscurius
 in ipso exemplo futurum. Causa vero in partes dividenda
 di libri operis prolixitas fuit. Simul quia caueo
 videbatur esse si tanquam libamen aliquod ad degustan-
 dum auribus atque animo tuo mitterem. quod cum non
 displicuisse rescriberetur. faderet audendi maiora
 fiduciam".

Hoc satis clare erroris arguunt Alduinum, qui in
 Atheno Ligustico fol. 68. Augustinum Justinianum
 Chalcedii Comentariorum in Simocum Latine inter-
 pretatum fuisse scribit.

Sinita Epistola incipit Platonis Symeius his
 verbis. "Unus, duo, tres" etc. et progreditur us-
 que ad verba: "in eo squalore ad deformitate
 que apparet." Mutilus ergo est codex noster; quo
 vero et quanta ei desint Comentariorum, aserere ne-
 queo, carens Chalcediano versionis editione. Inte-
 gram huius opus Chalcedii manuscriptum pluribus
 in Bibliothecis aserrari, testatur Montfaucon
 in Biblioth. Bibliothecarum.

De Platone ejusque scriptis vid. Fabric. Bibl.
 Graec. lib. 9. c. 1. pag. 2. seqq.

De Chalcedio idem Fabric. ibid. agit Bibl. lat. 5. 2.
 p. 64. Consuli etiam possunt. Opera Platonis, in-
 terpr. Marfilio Tricino, Lugd. 1588. fol. pag. 456.
 Careus de script. Eccl. p. 125. Ger. Vossius 5. 5.
 de Fdold. p. 203. col. 1. Mich. a. f. Jos. Bibl.
 Crit. 5. 3. p. 480. seqq.

Prostantissima denique huius operis editio Careo au-
 dit, qua anno 1617. Lugd. Batav. prodit cum doct.
 Viri Jo. Meursii notis, quo volumini seculo Opus-
 rum Meursii s. Florent. 1745. fol. pag. 265. et seqq.
 inserta sunt.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 111.

Cod. LI. n. 4.

111.

S. Apollina,
Sidonii Libri
IX. Epistolarum.

85a-130a

p. 128v

p. 129r

4.

Caji Solii Apollinaris Sidonii Epistolarum Libri IX.
In fronte legitur titulus: "Caj Solii Sidonii Apollina-
ris Episcopi beati Epistole". Typis eas vulgavit, no-
tisque illustravit Petrus Colvius, Jo. Saravonius, et
Jac. Simondus, cujus in Operibus Paris. 1696. Fol. ex-
stant S. I. col. 897. Variantes plures detecti lectio-
nes, illudque memoratu dignum, Codicem nostrum
plerumque convenire cum variantibus, in margine
a firmo notatis. Caret autem Codex nostro multis,
praesertim a libro VIII Epistolis, et finitur libri IX. Epi-
stola 6^{ta}, quae incipit: "Viguit pro dilectissimo nostro etc."
Ad calcem haec adduntur: "Amen. finitum per fratrem
M. Ebner de Jglavia". Liber iste Epistolarum
beati Sidonii Episcopi Carimontis Arvernus in magna
vadmmodo est auctoritate atque delectatione intelli-
gentium lectorum adeo, ut in partibus Arvernyae tanquam
vritum sermone proverbium istud dicatur "Nihil novit
qui Sidonium non novit. Verba siquidem solus ver-
borum floribus. Sermonum ornatibus. Pollet nihilo-
minus solus verborum pondere. Sensuum gravitate."
Porro etiam inter haec omnia placet granditer horum
omnium observata proprietate. quod adhibet lector
atque caecitatis diligenter considerans magis nam
quam: 1) Simpliciter et ydiota intelliget Tu autem
pie Jesu miserere nobis. Post haec sequitur frag-
mentum vita Sidonii, quod incipit: "Sanctus Sidoni-
us tante fadundia erat", quodre desumptum ex S.
Gregorii Ep. Turonensis historia Francorum,
quam vide in Biblioth. max. vet. Patr. Lugd. 1677.
S. XI. cap. 22. pag 727.
S. Apollinaris Sidonius, Lugduni circa A. C. 490.
natus, tam genere quam religione et doctrina cla-
rus, Praefecti Urbis, Patricii ad senatoris dignita-
te auctus, tandem in demortui Episcopi Arvernensi-
um Episcopi locum Subrogatus, ad 472. obiit ad 482.
Simondus l. cit. Genadius de viris illust. 2. 92.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 112.

112.

Cod. LII.

Vossius de Poëtis lat. Mich. a. f. Jof. Biblioth.
 Crit. T. 4. p. 204. Fabric. Bibl. m. et inf. lat.
 T. VI. p. 168.

Cod. LII.

Chartac. Fol. 50r. 15.

3.
4. 16

L. Terentii
 Comœdia.

L. Terentii Comœdia sex, perpetuo Comentario
 illustrata, integre quoque sunt, ac eodem ordi-
 ne, quo eas edidit Westerkorius, Haga-
 cum, 1726. 4. nempe: Andria, Ernuclius, He-
autimorumens, Adelphi, Heclura, et Normia.
 Sed quis Comentator? hic Rhodus, hic Solta!
 Non Donatus Grammaticus, nam pagina 2^a Er-
 nuclii, voce Argumentis nominatim adducitur:
 sicut dicit Donatus. Non Calphurnius, hic enim
 in Heautom. in illud: cui partes Senii Poeta de-
 derit, ita comentatur: Per senem se ipsum in-
 deligit, quia jam senio sit confectus, nos-
 ter autem Calliopium designari putat: quia, inquit,
 recitator Callipius erat Seneca et. Ergo Ca-
 lgraphius? de quo in edit Westerkorii (S. I. p. 218.
 in nota 17. R legitur: "Eugraphius mediæ ori-
 grammaticus Calliopium fecit recitatorem T^o Plau-
 dite"; id quod cum Comentatore nostro quam
 maxime convenit, siquidem pag 1. dicit: "Notan-
 dum tamen, quod iste Terentius volens fabu-
 las suas favorabilius a Romanis recipi, recita-
 bat eas per quendam nobilem Romanum Calliopi-
 um." Et in fine Andria comentatur: "Completa

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1744

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)